



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

Cap. I. Qvotuplex sit auxilium efficax.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)



LIBER QVINTVS
DE AVXILIO EFFICACI
GRATIAE DEI
PRAELVDIVM.

IN libri precedentis initio premisimus partitionem actualis auxilij Dei in sufficiens, & efficaciam, primumque illius diuisionis membrum pertotum illi librum prosequuti sumus: nunc de altero membro dicendum superest: in eo enim explicando praecipue videtur Augustinus in suis libris contra Pelagianos, eorumque reliquias laborasse, & in hoc tempore exacta eius disputatio & cognitio valde necessaria est, ad mediam veritatis viam ita tenendam, vt nec ad Pelagianam impietatem beneficium huius gratiae non agnoscentem, nec ad extremam Caluini insaniam, libertatem arbitrij specie recognoscendi gratiae efficaciam, negantem declinemus. Quod quia obscurum & difficilissimum est, magna est his temporibus inter Catholicos Doctores controuersia, quam ea moderatione tractare curabimus, vt sine vlla nota, aut censura opinionis alicuius, quid verum, & definitiōibus Conciliorum & doctrinae Augustini magis consentaneum esse nobis videatur, simpliciter proponamus: quamquam enim ad veritatem, quam credimus futurum sit, quid periculi declinandi in hunc, vel illum errorem in sententia contraria esse possit, vel appareat, per vrgentes rationes & illationes iudicare, nunquam tamen intentionis nostrae erat, notam, vel infamiam talis erroris alicui opinioni Catholico- rum Doctorem inuere, sed solam vim & efficaciam rationum ostendere, obsequentes in omni- bus Sedis Apostolicae iussionibus, quibus in hac maxime controuersia omnis verborum, non tantum a censuris & contumeliis, verum etiam ab omni verborum amaritudine & aculeo abstinere om- nibus commendat vni est, & nouissimè a Sanctis- simo Domino nostro Paulo V.

CAPVT I.

Quotuplex sit auxilium efficax.

QUOD ad nomen attinet, in libro praecedenti cap. i. ambiguitatem vocis abstulimus, quia interdum vox *efficax*, solam potentialem, (vt ita dicam), efficaciam significat, quae interdum esse potest in habitu, vel auxilium sufficiens est effi- cax, proprie tamen in praesenti materia significat vox illa talem auxilij efficaciam, quae ab actione, seu effectu non separatur, sed infallibiliter habet illum coniuinctum. Et fortasse hac ratione aliqui distinxerunt auxilium efficax in actu primo, & in actu secundo: nam in priori significatione effica-

Er. Suarez de Gratia Pars I. l.

cit illa de se in solo actu primo sufficientem vim actiuam habente saluatur, & ideo talis virtus, vel auxilium dicitur efficax in actu primo; in altera vero significatione actus primus non separatur à secundo, & ideo dici etiam potest auxilium efficax in actu secundo: non quia auxilium efficax formaliter, & per se sit semper actus secundus, non est enim hoc necessarium, vt videbimus, sed quia vel est actus secundus, vel saltem non est sine actu secundo, seu semper est in actu secundo. In quo sensu diuisio non est cur reiciatur, procedit tamen ex dicta vocis æquiuocatione, qua sublata, non est in illo sensu necessaria, quia auxilium effi- cax absolute dictum, & à sufficiente condistinctum, semper est in actu sec. in alio vero sensu, vtilis erit, vt mox dicam: quod autem aliquod detur auxilium efficax talem habens efficacitatem, in dicto cap. i. praecedentis libri probatum est, quod hic repe- re non est necessarium. Vt autem varias & grauif- simas difficultates, quae in hoc auxilio explicando occurrunt, quid nimirum sit, quomodo detur, & cum libertate arbitrij in concordiam redigatur, & similes, distinctius tractemus, operæ pretium erit alias diuisiones huius auxilij in hoc capite prae- mittere, quae non parua lucem afferent, nam occasio- nem praebebunt ad explicandos terminos, quibus in sequentibus vtendum nobis est.

Secundò ergo diuiditur auxilium efficax in ex- citans & adiuuans: non tamen omnes hanc diui- sionem admittunt, putant enim non dari auxilium excitans quod intra gradum & latitudinem excitan- tis efficac sit. Nos autem contrarium de *excitante* ostendemus in cap. 5. & ideo nunc de hac diuisione sub his terminis nihil amplius dicemus; sub aliis vero terminis vniuersalioribus facilius recipietur diuisio, nimirum vt auxilium efficax quoddam sit concomitans, & aliud praeueniens, quam diuisio- nem sub his terminis tradit Ledesma tract. de Au- xil. quaest. i. in principio, notabil. vlt. dicitque esse communem eorum auctorum, qui physicam prae- determinationem defendunt, & licet in fine pro- mittat in toto illo tractatu explicare, an diuisio sit bona, id planè intelligit ex parte membri posterioris de Auxilio praeueniente: sed ex ea etiam parte nos de diuisione non dubitamus, licet de illo au- xilio praeueniente quale sit, inter nos sit controuer- sia. Quod adeò constanter asserui lib. 3. de Auxilijs cap. 3. vt in fine illius capitis dixerim, auxilium concomitans non proprie dici efficac, quia non tam est effectiuum, quam ipsa effectio: sed quid-

Cc 2

quid-

quid sit de illa rigoroſa proprietate, certum eſt eo modo, quo illud eſt auxilium, & ſemper ac infallibiliter habet effectum coniunctum, eſſe auxilium efficax iuxta deſcriptionem auxilij efficaciſ in principio poſitam, quam etiam dictus auctor ſupponit. De alio verò membro auxilij præuij efficaciſ id ſatis probauimus in dicto capite primo præcedentis libri. Inter hæc autem duo auxilia præueniens antecedit actionem voluntariſ ſaltem ordine naturæ, & vt aliquale principium eiſ, & proinde eſt in re aliquo modo ab ipſa diſtinctum: concomitans verò pro vt à præueniente diſtinguitur, non eſt aliquid in re diſtinctum ab actione voluntariſ, ſed in ipſa imbibitur, vnde non eſt principium eiſ ſed eſt ipſe concurſus, vel influxus actualiſ gratiæ imbibitus in ipſo. Atque hinc ſit, vt notior multo ſit efficaciac auxilij concomitantis, quàm præuenientis, quia concomitans phyſicè connectitur cum actu voluntariſ, tanquam via cum termino, à quo eſt phyſicè inſeparabilis, etiam de abſoluta Dei potentia, & ideo tale auxilium rectè dicitur efficax in actu ſecundo. Auxilium autem præueniens comparatur ad actum voluntariſ tamquam cauſa ad effectum, vel vt principium ad actionem, cum qua infallibiliter connectitur: nam hoc habere debet, vt ſit efficax, & ideo hæc efficaciac rectè poteſt vocari in actu primo, non quia ſeparatur in re à ſecundo, ſed quia, pro vt natura & ordine cauſalitatis antecedit, in ipſo actu primo inuenitur. Et ideo hoc auxilium efficax præueniens prædeterminans ſolet à multis appellari, quia efficaciter determinat voluntatem liberam ad conſenſum. De hoc ergo auxilio præuio efficaciſ, ſeu in actu primo eſt præcipua controuerſia: nam, vt dixi, in altero auxilio concomitante aliqua efficaciac proportionaliſ vtiq; concomitans non eſt, vt dixi, & facilem habet concordiam cum libero arbitrio, quia non includit ſuppoſitionem antecedentem, ſed ſubſequentem: nihilominus tamen etiam in illo habet peculiarem difficultatem, an poſſit habere rationem prædeterminantis auxilij, & ideo de duplici prædeterminatione in actu primo, & in actu ſecundo, ſeu per auxilium præueniens, vel concomitans nobis diſputandum erit.

3. Tertiò diuidi poteſt auxilium efficax in ſimultaneum, & præcedens, ſeu prius. quæ quidem diuiſio cum præcedenti in re conuertitur, nam auxilium & præcedens concomitans ſimultaneum eſt, præuium verò, ſeu præueniens auxilium eſt prius, ſeu præcedens. Per hæc ergo poſteriores voces inſinuantur ſingulæ proprietates vtriuſque membri præcedentis diuiſionis, & ad illas, vocesq; ipſas explicandas hanc diuiſionem addimus. In qua primum aduertimus, cum termini illi ſimultanei, vel prius, ſint relatiui, comparari poſſe, vel ad terminum, ſeu effectum, qui per talia auxilia ſit, vel ad influxum liberi arbitrij comparatum cum auxilio Dei. Non ſunt ergo accipienda illa membra per comparationem ad terminum, vel effectum auxilij, ſed per comparationem ad influxum liberi arbitrij. Nam reſpectu termini, ſeu effectus vtrumq; auxilium tam concomitans, quàm præueniens eſt ſimul tempore, quia ille effectus in momento ſit, & de ratione auxilij efficaciſ eſt, vt ab illo non ſeparatur, ſed cum infallibiliter inducat, vt ſupponimus. Vtrumque item auxilium eſt prius natura ipſo effectui, vnum tamquam actio ſuo termino, aliud tamquam cauſa ſuo effectui. Comparantur ergo ad influxum liberi arbitrij, vnde etiam necelle eſt, vt ſecundum naturæ ordinem, & non induratione ſola comparentur. Nam quo ad tempus omne auxilium efficax vt efficax eſt ſimul tempore cum cooperatione liberi arbitrij, quia de concomitante, id eſt per ſe manifeſtum, cum ſit concurſus ad ip-

ſummet actum liberi arbitrij: de præueniente autem patet ex ratione proximè facta, quia auxilium efficax etiam præueniens eſt infallibiliter coniunctum cum ſuo effectui, ſed ille effectus non ſit ſi cooperatione noſtra, vt ſupponimus; ergo licet illud auxilium eſt ſimul tempore cum ſuo effectui, ita etiam cum voluntariſ influxu: igitur diuiſio, intelligitur ſecundum ordinem naturæ. Nam auxilium efficax ſimultaneum, dicitur illud quod eſt prius natura, & in hoc ſenſu loquantur necelle eſt Scriptores moderni, qui iam nobiſcum admittunt auxilium ſimultaneum, & in hoc illud diſtingunt à præuio, quod dicunt eſſe prius. Nam cum hoc ſecundum non potuerint intelligere de prioritate temporis, ſed naturæ, (vt ipſimet declarant, quia alias deſtruerent efficaciam talis auxilij,) necelle eſt vt illud primum intelligant etiam de ſimultate naturæ. Ratio autem clara eſt, quia auxilium concomitans, & influxus liberi arbitrij, non comparantur inter ſe tanquam cauſa & effectus, nec diſtinguntur in re ipſa, ſed tantum ratione, & ideo dictum naturæ ordinem inter ſe non habent; auxilium autem præuium eſt cauſa liberæ noſtræ cooperationis, & ideo eſt prius naturà, quàm illa.

Vnde obiter intelligitur comparando inter ſe hæc duo auxilia comitans & præuium, ſeu ſimultaneum & præcedens, ſimul tempore eſſe, præuium tamen eſſe prius naturà, quàm concomitans. Primum patet, quia auxilium præuium eſt ſimul tempore cum noſtra cooperatione, vt probatum eſt: ſed auxilium comitans eſt etiam ſimul tempore cum noſtra cooperatione: ergo de primo ad vltimum etiam illa duo auxilia ſunt ſimul tempore inter ſe. Secundum item probatur, tum quia præuium auxilium eſt prius natura quàm noſtra cooperatio, vt dictum eſt; ergo etiam prius quàm auxilium comitans. Probatur conſequentia, tum auxilium concomitans & noſtra cooperatio ſunt ſimul natura: tum quia auxilium præuium comparatur ad comitans tanquam principium ad actionem: nam actualiſ influxus gratiæ manat à principio gratiæ tanquam actio eiſ, ſed principium eſſe prius naturà ſua actione, per ſe patet; ergo auxilium præuium efficaciſ & prius naturà comitante. Ex quo etiam intelligitur hæc duo auxilia non dici efficaciac, quia aliquod earum ſolum & per ſe ſpectatum ſatis ſit ad inducendum effectum, ſed quia vnumquodque earum eſt efficax in ſuo ordine, & non ſeparatur ab effectui, quomodo necelle ſit ambo coniungi, quia nec principium agit ſine actu, neque actio eſſe poteſt niſi à principio, & ita vt actus noſtræ voluntariſ ſit, necelle eſt vt ab aliquo principio gratiæ efficaciſ, & per actualē, ac proinde efficacem influxum fiat.

Quartò poteſt iuxta dicta diuidi auxilium efficax ex parte termini proximī, propter quem datur nam quoddam eſt proximè efficax reſpectu motus excitantis gratiæ, aliud eſt efficax reſpectu priorum actuum humanorum gratiæ cooperantis. De hoc poſteriori membro propriè intelligitur doctrina de gratia efficaciſ ab Auguſtino tradita, & à quodam Theologis ventilata, & in eodem ſenſu proprio de illo agimus in toto hoc libro: tamen quia membrum etiam primum in bono ſenſu verum eſt, ideo breuiter eſt explicandum. Diximus enim in libro tertio motus gratiæ excitantis ſupernaturales eſſe, & fieri effectui ad noſtras potentias. Hinc ergo apertè ſequitur indigere noſtras potentias auxilio ſupernaturali gratiæ ad illos actus efficiendos, quia nihil ſupernaturale poſſunt noſtræ potentiaſ facere ſiſ viribus naturalibus cum ſolo concurſu naturali, quod eſt per ſe notum ſi termini intelligantur. Et æquè procedit, ſive actus

actus liberè, siue necessariò fiant, quia supernaturalè auxilium non tantùm requiritur propter libertatem, sed maximè propter supernaturalitatem actus. Ergo licet motus gratiæ excitantis sint necessarij ad efficiendos illos, est nobis necessarium auxilium supernaturalè: illud autem auxilium respectu talis motus efficax est, quia nunquam separatur à tali actu, quòd tantùm diximus esse de ratione auxilij efficacis, supposita generica ratione auxilij. Assumptum probatur, quia vel talis motus in nobis sit, vel non sit: si non sit, nullum auxilium ad illum efficiendum nobis datur, quia motus auxilij excitantis ex genere suo est primum gratiæ supernaturalis donum, vt lib. 3. vidimus. Si verò sit in nobis talis motus; à nobis etiam saltem ex necessitate operantibus sit; ergo auxilium quod tunc nobis datur, non separatur à suo effectu. imò hæc efficacitas facilius intelligitur in auxilio ad hos actus, quia cum illi non sint liberi, optimè habere possunt causam à se efficacem, vt illi resisti non possint quoad tales motus, ac subinde potest esse efficax physicè, & etiam absolute necessitate, quia non efficax actus liberi, sed necessarij.

Ex hac doctrina inferunt aliqui, auxilium sufficiens ad vnum actum supernaturalè, semper esse efficax respectu alterius. Ita tenet Medina 1. 2. questio. 109. art. 10. in ultimis dubitationibus ad 1. sequitur Aluar. disputat. 87. numer. 12. & tota disputat. 80. Ratio in summa est, quia auxilium sufficiens est actuale, sed auxilium actuale non est in nobis sine actuali operatione: ergo semper est efficax ad aliquam operationem, saltem imperfectam, licet respectu alterius perfectæ sit tantum sufficiens. Confirmatur, quia auxilium sufficiens est excitans, sed excitatio hæc fieri non potest sine actu vitali; ergo. Veruntamen hæc sententia dupliciter potest intelligi, primò de gratia efficaci tantum ad actum necessarium ipsiusmet gratiæ excitantis, & sic procedit ratio facta; & est res clara. Secundo intelligi potest de alio effectu, qui & sit actus distinctus à motu gratiæ excitantis, & sit etiam actus liber, & tunc posteriori sensum insinuant dicti auctores, tum in exemplo attritionis quod inter alia ponunt, dicuntque auxilium quod ad illam datur respectu illius esse efficax, ad contritionem verò esse sufficiens: attritio autem actus liber est, cum sit dispositio de se remota, vt cum Sacramento possit esse proxima ad gratiam, tum ex testimonio Ista. 55. in quo fundatur, *Verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quicquidque volui.* Ex quibus verbis colligi voluit vocationem internam, qua Deus alloquitur, animam vacuum non esse, aut sine fructu, sed semper habere in homine aliquem effectum, licet non semper habeat ultimum, quem Deus intendit, respectu cuius sæpe est sufficiens, & non efficax. Sentiant ergo vocationem internam semper habere aliquem effectum ab ipsa distinctum, qui sit aliquis spiritualis fructus, qui non potest esse nisi aliquis supernaturalis actus liber, quia in huiusmodi actibus fructus spiritualis consistit, & nullus videtur esse alius proprius effectus gratiæ excitantis.

Veruntamen in hoc sensu necessarium non est omnem gratiam sufficientem esse efficacem quoad aliquem actum, vel effectum ab ipsa distinctum. Probatur primò ex Scriptura, secunda Corinth. sexto *Exhortamini vni in vacuum gratiam Dei recipiatis.* quæ exhortatio supponit posse gratiam Dei ex se sufficientem ex parte hominis vacuum reddi: vnde 1. Corinth. decimo quinto de se ait idem Apostolus, *Gratia actus in me vacua non sunt.* & Proverb.

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

1. absolute dicitur, *Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspicere.* Desprexisit omne consilium meum, & increpationem meam neglexistis. quæ verba aperte significant posse hominem à Deo vocatum interius, omnino excitationem abicere, ita vt nullum, vel minimum effectum in illo habeat, præter ipsam excitationem, quæ à vocatione non distinguitur; ratio autem est, quia vocatio interior, etiam si sit proximè sufficiens ad aliquem actum, non imponit necessitatem, nec determinat voluntatem ad illum, vt infra videbimus: potest ergo voluntas (vt Concilium Tridentinum docet,) pro innata libertate illam abicere, vtique omnino, & in nullo illi consentiendo, quia eadem ratio est de toto effectu libero, siue perfectò, siue imperfecto: & confirmatur inductione: nam potest quis interius vocari ad fidem, & nullam voluntatem credendi liberam, vel perfectam, vel imperfectam habere, & vocari ad penitentiam, & non habere contritionem, nec attritionem, & sic de aliis. Neque hoc est contra efficaciam verbi diuini interni (etiam si de illo demus intelligi testimonium Ista. 5, quod nunc expendere non est necesse,) quia Deus ipse vult permittere homini, vt sua libertate vtiatur, eique omnino resistat, si velit.

Fateatur tamen interdum fieri posse vt gratia efficax, ad vnum actum liberum dispositionem aliquo modo ad alium meliorem, sit gratia tantum sufficiens ad illum meliorem: si tamen rectè consideretur, non est gratia sufficiens proximè, sed remotè, nam vocatio ad attritionem, etiam si sit congrua, & efficax ad attritionem ipsam, non est proximè sufficiens ad contritionem, sed indiget homo attritus noua vocatione, & excitatione interna perfectiori ad contritionem: tamen quia per attritionem se disponit ad illam, eamque aliquo modo mereri potest, seu impetrare, ideo vocatio congrua ad attritionem dici potest remotè sufficiens ad contritionem. Et hinc fieri potest vt vocatio, quæ postea datur ad contritionem, non sit congrua, seu efficax, quia hæc non semper impetratur per attritionem, sed est nouum beneficium Dei merò gratuitum, ideoque optimè potest vocatio efficax, ad attritionem esse tantum remotè sufficiens ad contritionem, idemque est de similibus. Denique inter ipsos etiam motus gratiæ excitantis fieri potest, vt vnus excitet alium, vt fortis repræsentatio poenarum inferni excitat timorem indeliberatum, & illustratio circa excellentiam gloriæ excitat morum desiderij, &c. & tunc auxilium proximè efficiens primum actum dici potest causa secundi, non proxima, sed remota in genere propria cause efficientis physicæ, tamen eo modo, quod est causa, semper est efficax, & non tantum sufficiens, quia cum isti motus non sint liberi, sed necessarij, nunquam illud auxilium est sine vtroque effectu, quia actus secundus ex primo naturaliter consequitur, absque deliberatione voluntatis, vt supponitur.

Quintò diuidi potest auxilium efficax in physicè, & moraliter efficax. Duobus autem modis diuidi possunt hæc verba *physicè & moraliter* in præsentia accipi & applicari, scilicet, vel vt significant diuersos modos causandi, quia supra in auxilio gratiæ respectu liberi consensus distinximus, vel vt significare possunt connexionem gratiæ efficacis cum libero eius effectu, quæ interdum potest esse moralis, interdum verò physica. Et vtroque modo possunt in præsentia verba illa accipi: & iuxta illos duos sensus hæc paritè in duas potest subdividi, & in hoc priori quidem sensu hæc quinta diuisio datur, & potest in primis applicari ad habitus gratiæ. Nam de illis docent omnes ab ipso opus

Cc 3

monum

nionum varietate, esse physica principia actuum gratiæ: nihilominus tamen omnes etiam fatentur, habitum non esse gratiam efficientem, sed tantum de se sufficientem in suo genere, quinon habet semper & infallibiliter coniunctum actum, habitibus enim utimur, cum volumus. Solum lumen gloriæ posset dici gratia efficax, quia efficaciter & inevitabiliter inducit visionem, & consequenter etiam habitus charitatis in patria eandem efficacitatem inducit. Veruntamen illa efficacitas non est circa actus liberos, conservando libertatem eorum, sed inducendo necessitatem, & ideo non pertinet ad efficaciam gratiæ, de qua tractamus, sed dici potius debet efficacia gloriæ.

Nunc verò datur illa divisio de auxilijs actualibus, de quibus agimus: nam inter hæc aliqua esse possunt, quæ licet moraliter tantum causent, efficaciam nihilominus sunt, quia in illo suo causandi modo infallibilem habent connexionem cum effectu, & hoc modo, (iuxta infra dicenda,) vocatur congrua, & in uniuersum auxilium excitans opportunum est auxilium efficax morale, quia eius causalitas solum est moralis, ut lib. 3. ostensum est: auxilium autem adiuuans actuale, seu per modum influxus, est etiam efficax, quia nunquam separatur à suo termino, & est physicum, quia suo modo physice inducit effectum, quæ sunt clara iuxta principia auxilijs excitantis & adiuuantis à nobis posita. Qui verò auxilio excitanti tribuunt causalitatem physicam in consensum, dicere consequenter possunt, illud esse interdum efficax in dicto sensu, id est, causando physice, non excludendo moralem causalitatem, quia iuxta illam sententiam utraque conuenit auxilio excitanti. Et ita iuxta eandem sententiam non oportebit membra hæc distinguere semper realiter, sed tantum formali ratione, seu consideratione, eodemque modo poterunt etiam gratiæ actualiter adiuuanti applicari. Alij verò qui non ponunt auxilium efficax in motibus gratiæ excitantis, seu vocantis, neque in aliquo actu vitali nostro, sed in sola motione præuia à Deo indita, forte non admittunt diuisionem hanc in dicto sensu, quia motionem illam non moraliter, sed physice agentem inducunt, & sine illa aliam propriam efficacem gratiam non admittunt, quæ præueniens sit. Nam de concomitante, ut dixi, non controuertitur, præterquam quod illa eo modo quo causat efficaciter, & distinguitur ab exerante, & physice inducit effectum, ut dictum est. Veruntamen de hac opinione, & eius fundamentis in discursu huius libri tractandum est.

Sexta igitur diuisio addi potest iuxta alium sensum prædictorum verborum. Auxilium enim gratiæ tunc dicitur efficax, ut supra dixi, quando habet effectum liberi consensu infallibiliter coniunctum. Hæc ergo coniunctio dupliciter potest esse infallibilis, nimirum physice, & moraliter. Physicam nunc voco coniunctionem, seu infallibilem consecutionem effectus, quoties ad eam necessaria est, ut omnino repugnet, & contradictionem implicet à tali auxilio effectum separari, siue illa connexio fundetur in præuia causalitate physica, siue in morali congrua, siue in concomitante auxilio, & siue illa infallibilis consecutio sit ex natura rei, siue ex aliqua suppositione. Et hæc etiam dici potest efficacia simpliciter, id est, quæ nunquam deficit, nec deficere potest. Talem autem gratiam efficacem esse possibilem, ex dictis in capite primo libri præcedentis supponimus: qualis autem sit, & unde oriatur illa connexio, in discursu huius libri videndum est. Moralem autem connexionem appello, quando ex circumstantiis, vel alijs

causis concurrentibus semper sequitur talis effectus, quamuis consecutio talis, ac tanta non sit, ut ex aliquo intrinseco principio repugnet effectum non sequi. Sic enim tentatio vehemens in natura lapsa & carente speciali Dei auxilio potest dici moraliter efficax ad trahendum hominem in prauum consensum, ergo multo magis potest auxilium gratiæ esse moraliter efficax ad bonum consensum in nobis efficiendum. Unde hæc moralis efficacitas comparata ad priorem, dici potest minor, & quodammodo secundum quid: ideoque in hoc genere efficaciam moralem possunt esse gradus ad eum modum, quo in victoria grauis tentationis, vel obseruatione omnium præceptorum supra lib. 1. id explicauimus. Nam interdum dici potest auxilium moraliter efficax, quia ut in plurimum ac ferè semper effectum inducit, licet interdum deficiat, sicut dicitur morale periculum, in quo frequenter caditur, licet non semper accidat. Aliter verò cogitari potest auxilium efficax, quod nunquam omnino priuatur effectu, licet possit, quia nullam intrinsecam repugnantiam inuoluit. Non videtur enim dubium, quin appellatio auxiliij efficacis omnem hanc amplitudinem & varietatem admittat. An verò omnes hi modi auxiliij efficacis in re ipsa dentur, in discursu huius libri tractandum est.

Septimò diuidi potest efficax auxilium in illud quod de se & ex intrinseca ac sola sua virtute est efficax, & illud, quod tantum in præsentia Dei est efficax, & sub illo respectu confertur: solet autem hæc diuisio propriè dari de auxilio efficaci præuio. Nam, ut dixi, in auxilio merè comitante non habet difficultatem efficaciam, quia in illo virtute inuoluitur cooperatio liberi arbitrij. Unde cum tale auxilium comitans sit, ipsemer influxus actualis Dei in ipsum opus liberum, de se & intrinsece habet ut sit efficax, quia per se habet, ut non separetur à termino, non tamen propriè dicitur sola sua virtute esse efficax, nisi dictio sola, non excludat concomitantiam, quia tale auxilium sine cooperatione liberi arbitrij efficax esse non potest, cum sine illo neque esse possit: unde etiam sit, ut secundum membrum diuisionis huic auxilio, prout in re ipsa dato, non rectè accommodetur, quia nunquam potest esse efficax in sola præsentia, cum eo ipso quod datur, necessariò efficiat sit. dixi in re ipsa dato, quia si ut oblatum tantum consideretur, de se tantum est sufficiens, in præsentia potest esse efficax, ut postea videbimus.

Proprie verò data dicta distinctio de auxilio præueniente, quod à solo Deo fit in nobis finemobis quam partitionem nunc premitimus, non ad probandam, vel reprobandam illam, hoc enim est ferè totum præsentis libri opus, sed ad terminos explicandos, quibus necessariò vsuri sumus. Illud ergo auxilium dicitur de se efficax, quod positum in voluntate virtute sua facit illam consentire, determinando utique illam ad consensum, ita ut intrinsece repugnet naturæ talis auxiliij esse in voluntate, & non sequi statim eiusdem voluntatis consensum, non ratione alicuius præscientiæ, vel alterius suppositionis, quæ liberum vsu voluntatis humanæ inuoluit, sed ex connaturali modo agendi, & mouendi talis auxiliij. Et ad explicandum hunc modum agendi & mouendi voluntatem, solet hoc auxilium vocari prædeterminatio physica, quam vocem infra cap. 6. ex professo declarabimus. Auxilium autem præueniens efficax tantum in præsentia dicitur illud quod positum in voluntate non habet vim ita determinandi illam ad unum, ut absolute repugnet, posita illa motione, non sequi consensum. Fit autem tale auxilium efficax, quando in re habiturum est effectum, &

10.
Diuisio
extra.

Donc id præsciens ea intentione dat tale auxilium ut infallibiliter talem effectum finit conferat. Tunc enim tale auxilium & in re ipsa efficax futurum est, quia non separabitur ab effectu, & datur ut efficax, quia sub illa habitudine & intentione tribuitur; non videtur ergo dubium, quin uterque istorum modorum ad denominationem ut veritatem auxilij efficacis sufficiat. An verò uterque sit possibilis, vel sufficiens ad efficaciam auxiliorum gratiæ explicandam, vel ad saluandam ex vna parte perfectam Dei providentiam & prædestinationem, & ex alia humanam libertatem in operibus gratiæ, hæc sunt à nobis in discursu huius libri declaranda.

CAPVT II.

Verum auxilium efficax sit, ad singulos actus pietatis necessarium; vel solum ad aliquos, vel aliquam eorum multitudinem.

Hæc quaestio non habet locum in auxilio efficaci pure comitante, quia de illo certissimum est esse necessarium ad singulos actus, quia est ipse actualis influxus Dei in actum, sine quo impossibile est non fieri, quia est ipsa via, seu actio ut est à Deo: unde si actus sit supernaturalis, necesse est talem influxum esse auxilium efficax gratiæ: est ergo necessarium ad singulos actus pietatis. Et de hoc aliqui exponunt Augustinum libro de corruptione & gratia capite vndecimo cum dicit, dari nobis quoddam auxilium, quo voluntati non tantum datur ut possit, si velit, sed etiam datur ipsum velle. Sed licet hoc verè dicatur de hoc auxilio, non hoc tantum intendit Augustinus, ut lib. præcedenti cap. 1. offendimus. Quæstio ergo est de auxilio efficaci præueniente.

Quæstio de eo, quo Deus facit ut velimus, vel faciamus, iuxta modum loquendi Augustini lib. de grat. & libero arbitrio capite decimo sexto & decimo septimo, & sæpe alias, fundatum in Scriptura, & sæpe vidimus, & dicemus iterum in cap. 4. & in hoc sensu de auxilio efficaci tractabimus, ne declarationem hanc sæpius repetere necessarium sit.

Dixerunt ergo aliqui hoc auxilium efficax non esse necessarium, nec dari ad singulos actus supernaturales, sed ad duos tantum effectus, scilicet, vel ad diuturnam perseverantiam in gratia, vel ad finalem penitentiam, quæ hominem in statu gratiæ mori faciat. quam sententiam ex mente Aug. defendit modernus ille, qui controuersiam hanc de auxilio efficaci componere voluit, & in eum finem libellum scripsit, in quo negat diuisionem auxilij in sufficiens & efficax, ut supra c. 1. 3. retuli. Ille enim non videtur negasse possibilitatem auxilij efficacis, ne omnino Augustinum negare videretur. Negavit ergo necessitatem auxilij efficacis ad singulos actus, illamque ad illos duos effectus restrinxit, quia illos tantum de Augustini mente esse credit. quod potest suaderi primò ex eodem Augustino de corrept. & grat. cap. 11. & 12. vbi hanc differentiam constituit inter hominem lapsum, & Adamum in statu innocentie, quòd huic datum est auxilium, quo posset perseverare si vellet, non verò quo perseveraret: nunc autem datur hominibus lapsis, & electis, non solum ut possint, sed etiam ut perseverent. Et hoc auxilium significat in hoc statu esse maxime necessarium propter difficultatem bene operandi in illo contractam ex peccato originali. Hunc ergo colligi videtur, hanc necessitatem

talis auxilij efficacis propriam & peculiarem esse ad perseverandum, quia in illo cernitur specialis difficultas quæ in singulis actibus non inuenitur. Secundo inde sequitur, ad æquatam rationem ponendi hoc auxilium esse infirmitatem hominis, & alios defectus contractos ex peccato originali, nam inde oritur difficultas perseverandi. Tertiò argumentatur, quia secundum Augustinum auxilium efficax solis prædestinatis datur; ergo tantum datur ad illos effectus, qui sunt proprii prædestinatorum: hi autem sunt perseverantia in gratia, & penitentia finalis; ergo ad hos tantum effectus est necessarium hoc auxilium. Illatio est evidens. Assumptum autem videtur planè doceri ab Augustino dicto loco de corrept. & grat. cap. 7. vsque ad 12. & dicta quaestione secunda ad Simplic. & de prædest. Sanct. capite octavo & decimo sexto de bon. persequ. cap. 8. & 14. lib. de Grat. Christi. cap. 22. & lib. 1. contra duas Epist. Pelagianor. cap. 9. & 20. His enim locis ait auxilium efficax esse illud, quod datur secundum propositum misericordie Dei, & his dari qui sunt electi, & à massa preditionis discreti, & similia, quibus significat, illud propositum ex quo datur auxilium efficax, non esse nisi efficacem electionem ad gloriam, quæ est propria prædestinatorum, ac proinde auxilium efficax esse proprium illorum. Quarto possumus argumentari, quia si auxilium efficax esset ad singulos actus necessarium, tot multiplicanda essent auxilia efficacia, quot essent actus supernaturales specie distincti, quia principia distinguuntur per actus: & auxilium efficax datur, ut principium sui actus. Consequens autem videtur absurdum; quid enim necesse est tot multiplicare auxiliorum species.

Nihilominus contraria sententia tamquam omnino vera tenenda est, ac dicendum gratiam efficacem dari, & requiri ad omnes & singulos actus supernaturales, qui ab hominibus sunt. Probatur primò ex sententia Augustini, qui simul adducit & interpretatur Scripturas, ex quibus hæc veritas colligitur. Primò igitur Augustinus loquens in particulari de fidei actu, vel de actu dilectionis, aut penitentiae, dicit, non fieri à nobis sine interna & secreta, vel alta & occulta vocatione Dei, quibus verbis solet ipse gratiam efficacem significare. Est autem eadem ratio de his & ceteris actibus, ergo ad omnes & singulos necessaria est. Maior constabit facile legenti epistolam centesimam quintam, centesimam sextam, & centesimam septimam Augustini, & quaestiones 2. ad Simplic. sæpe citatas, & quaestiones 68. in lib. 83. quaestionum. Secundo quod Christus dixit Ioanni. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. vbi Augustinus interpretatur de tractu per gratiam efficacem, & ratamen illud non intelligitur de sola perseverantia, sed etiam de tractu ad fidem, vel ad penitentiam: verumque constat ex eodem Augustino super eundem locum, & quinto contra Iulian. capite quinto, & de prædest. Sanct. cap. 8. & 11. Et idem habet Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 8. & 14. vbi eodem modo exponit illas locutiones Scripturæ, faciam ut faciat, &c. Ezechiel. trigesimo sexto, vbi non tantum dicitur, faciam ut perseveretis, & ad idem facit quod Paulus ait, Deum operari in nobis velle. Volumus enim quoties sanctè operamur, & non tantum cum perseveramus. Tertiò idem gratiæ efficaci tribuit Aug. quòd præparat voluntatem hominis ad bene operandum, quæ preparatio in singulis actibus est necessaria, iuxta illud, Preparatur voluntas à Domino, quod ita exponit Concil. Arausicanum can. 4. Assumptum constat ex Augustino in locis citatis, & primo Retract. capite vigesimo tertio & vigesimo quarto, & lib. de grat. & lib. arbitrii. cap. 16. & 20. Et tandem in